

*Следников А.Г.*

# De lexico Latinitatis Christianae in Rutenia componendo

[Stable URL: <http://elar.uniyar.ac.ru/jspui/handle/123456789/1672> ]



НАУЧНО-ОБРАЗОВАТЕЛЬНЫЙ  
ЦЕНТР АНТИКОВЕДЕНИЯ  
ЯРОСЛАВСКОГО ГОСУДАРСТВЕННОГО УНИВЕРСИТЕТА  
ИМ. П.Г. ДЕМИДОВА  
ЯРОСЛАВЛЬ, РОССИЯ

THE SCIENTIFIC & EDUCATIONAL  
CENTRE FOR CLASSICAL STUDIES  
AT YAROSLAVL DEMIDOV STATE UNIVERSITY  
YAROSLAVL, RUSSIA

DAS WISSENSCHAFTLICHEN FORSCHUNGS- UND  
STUDIENZENTRUM FÜR DIE GESCHICHTE,  
KULTUR UND RECHT DER ANTIKE  
DER STAATLICHEN DEMIDOW-UNIVERSITÄT JAROSLAWL  
YAROSLAWL, RUSSLAND

РОССИЙСКАЯ АССОЦИАЦИЯ  
АНТИКОВЕДОВ  
RUSSIAN SOCIETY OF CLASSICAL STUDIES



НАУЧНО-ИССЛЕДОВАТЕЛЬСКИЙ И  
ОБРАЗОВАТЕЛЬНЫЙ ФОНД  
«ЦЕНТР ИЗУЧЕНИЯ РИМСКОГО ПРАВА»  
ЯРОСЛАВСКИЙ ФИЛИАЛ  
THE RESEARCH AND EDUCATIONAL FOUNDATION  
“THE CENTRE FOR ROMAN LAW STUDIES”  
YAROSLAVL BRANCH



ЯРОСЛАВСКИЙ ГОСУДАРСТВЕННЫЙ УНИВЕРСИТЕТ  
ИМ. П.Г. ДЕМИДОВА  
YAROSLAVL DEMIDOV STATE UNIVERSITY

## [Публикация работы:]

Slednikov A. 2010: De lexico Latinitatis Christianae in Rutenia componendo // Vox Latina.  
T. 46, 418-421.

## DE LEXICO LATINITATIS CHRISTIANAE IN RVTENIA COMPONENDO<sup>1</sup>

Constat studia classica bonam per traditionem et fecisse et facere partem educationis in Russicae Orthodoxae Ecclesiae seminariis ac in studiorum universitatum scholis theologicis. Igumenus Dionysius (Schionov), utriusque linguae magister in academia et seminario spirituali Moscoviensi, declarat, quam magnum momentum ad Russorum theologiam florendam notitia secunda saeculi XIX parte et Latinarum et Graecarum litterarum habuerit [1, p. 12]. Ille fiderter dicit utramque linguam adhuc necessariam esse ad educandos homines vere eruditos, qui fecunde laborare possint in campo theologiae vel paedagogiae vel praedicationis euangelicae [1, p. 17]. Efficax institutio Latina sub cetera convenientibus praesidiis prosperatur doctrinis et institutoriis. Quod ad seminaria Ruteniae Regiae tempore attinet, multam operam dederunt peritia variis manualibus enchiridiisque Latinitatis Christianae componendis. Cum autem Igumenus Dionysius examinat, quantopere idonea sint illa nostro tempore in seminariis institutionis Latinae, praeter summas illorum dignitates nonnulla quoque vitia indicat, quae ab principiis modernis dissonant linguodidacticae et extraneae et vernaculae [1, p. 13]. Huiuscemodi rem idem Nicolaus Kolotovkin Innocentis f. animadvertisit [2, p. 5]. In hoc conexu imprimis appareat quaestio, cur in seminariis tempore Ruteniae Regiae lexica Latinitatis Christianae defuerint, cum chrestomathiae auctorum Latinorum Christianorum sine lexicis specialibus componerentur, lexica vero communia ad textus praesertim auctorum classicorum spectarent [1, p. 13].

Tam maximi momenti res nostro tempore, eruditione spirituali theologicaque Ruteniae postsoveticae renascente, est. Cum autem saeculo XX Europae series lexicorum mediae Latinitatis Christianaeque ederetur [3], [4], [5], [6], divina philologia Russorum, quatenus aetate post eversionem vigente ab inventionibus occidentalibus abscissa, nihil fere parebat similia. Sunt tantum duo, quae in hoc conexu Doctor Alexius Scatebranus Rutenus commemorat. Unum *Sac. Stanislai Tyszkiewicz Parvum vocabularium theologicum latinum et russicum. New York, 1954* [7, p. 176], alterum *A(ndreae) Koval, I(ohannis) Jurkovič Vocabularium Latinum et Russicum verborum ac locutionum Codicis Iuris Canonici. Moscoviae, MCMXCV* [7, p. 176], quod ad separatum Latinitatis Christianae campum secundarium spectat. Hoc utroque excepto etiam breve *Lexicon liturgicum Latino-Russicum, Russico-Latinum*,

---

<sup>1</sup> Relatio die 28º m. Ian. a. 2010º in Conventū didascalico Moscuensi facta.

*Polonico-Russicum* nominemus, idem Moscoviae A.D. 1998 in aedibus fratrum minorum editum [8].

Opus magnum et laudabile, ut hodierna divina philologia Russorum progediatur, *Chrestomathia auctorum Latinorum Christianorum* esse videtur. Cura Igumeni Dionysii (Schlionov) tres ante annos Sergiopoli edita, lexicon Latino-Russicum speciale includitur, quod difficultates legendi textus Christianorum temperare scit. Quo, cui fundamentum est *Alberti Blaise Kirchenlateinisches Woerterbuch*, plus quam quinque milia vocabula significationibus dilatis continentur. Nihilominus est notandum vocabularium deliberativum ad solitum Latinitatis usum, ut omnino traditur, spectare. Conceptio ne «linguae mortuae» determinatus, hic usus limitatus dat nullum intellectum vivae Latinitatis vocis sermonisque litterarum. Id ultimum, quod in nonnullis iam paternis linguae Latinae vocabulariis ac editionibus doctrinalibus [9], [10], [11], [12], [7] invenimus, Professor Doctor Alexander Suppopulinus Moscuensis cum Alexio Albano Michaelis f. operatum et necessarium in hunc modum firmant: His diebus, - inquiunt, - cum Latinitatis vivae motus plus plusque sodales et amicos sibi conciliat, necessitas lexici Russico-Latini, secundum exemplum lexicorum modernorum componendi, gliscit excrescitque. Sunt talia ubique in progressis Europae terris [11, p. 3]. «Hunc paulum saeculo XX diversum usum linguae Latinae», quando «primum lingua moderna, sermo ad vitam imaginandam hodiernam, at denique linguae historia sit exorta», Doctor Alexius Scatebranus Rutenus enarrat [7, p. 232]. Eius Index toponymorum Russico-Latinus [7, pp. 419-597] et Index neologismorum Russico-Latinus [7, pp. 604-656] hunc alterum linguae usum respiciunt.

In componendo *Indice Latino-Russico et Russico-Latino ad usum studentium theologiae studiosorum* finem habuimus propositum duplicum: ut - primum - studiosi doctrinae theologiae in studiorum universitatibus et alumni quoque seminariorum orthodoxorum noscant Ecclesiae Christianae terminos fundamentales sermoneque tritissimos et ut - secundum - opusculo pro possibili tate intentio communicativa addatur. Propositum alterum quaesivimus in contexendo partem Indicis Russico-Latinam ac in supplendo eundem locutionibus cottidianis (e.g. «ad ecclesiam venire», «missam celebrare», «episcopum instituere», «gratias agere») cum sententiis commercio sacrali usitatissimi mis (e.g. «Christus in medio nostrum», «Est et erit», «salvet te Dominus», «frater aut soror in Christo»). Harum taliumque praesentia magnopere Indici refert, quia ab multis lexicis specialibus excepto *Lexico liturgico* praedicto absunt. Primum autem Indice Vulgatae vocabula continentur, deinde termini

theologici et liturgici Unius Catholicae et Apostolicae Ecclesiae, item verba Catholicae Ecclesiae Romanae, postremo exempla vocabulorum, quae spectant ad res Orthodoxae Orientalis Ecclesiae. Postremorum praesentia in lexicis Latinitatis Christianae nostro tempore Ruteniae editis novissima esse videtur. In deligidis terminis Orthodoxae Ecclesiae - qui originem plerumque ab Graeco trahunt - lexico, quod est «*Deutsch-Russisches und Russisch-Deutsches Woerterbuch der Christlichen Lexik*» utebamur, et in comparando illos cum eorundem formis Latinis «*Glossarium mediae et infimae Latinitatis*» auxilio erat. Praeter locutiones atque sententias ad tractationem demonstrandam etiam sententiae ex Sacra Scriptura et patribus sanctis adducuntur. Casibus singulis, cum authenticus terminus Latinus non inveniebatur, versione mutuata (*Theodisce*: «*Lehnübersetzung*») ex modernis Europae linguis utebamur, e.g. «candelabrum septirameum» ex Theodisco verbo, q.e. «siebenarmiger Leuchter» [14, p. 144].

Formae verborum et substantivorum et adiectivorum Latinorum itidem descriptae sunt, ut in lexicis Latino-Russicis traduntur. Orthographia Indicis *i* et *j* inter se miscendo, sed *u* et *v* a se dividendo 24 litteras respicit.

Indice nostro satis contracto circiter 1250 verba in utraque parte continentur. In deligendo terminos Latinitatis tantum Christianae animadvertisimus, vocabula autem communia eorundem significationes medias, quia in lexicis usitatis inveniuntur, neglegebamus. Nihilominus manualibus Latinitatis Christianae Russicis nostro tempore defectis hic Index utilis fore videtur ad vertendas litteras et theologicas et liturgicas Latinas et textus chrestomathicos. Cogitamus hoc linguae Latinae genus pensum hodie in terra nostra investigandum ac institutioni exercendum esse.

### Libri adhibiti

- [1] Chrestomatija po latinskoj christianskoj literature s priloženiem latinsko-russkogo slovarja: učeb. posobie dlja studentov vysšich duchovnyh učebnyh zavedenij / avtorsostavitel' igumen Dionisij (Šlénov). - Sergiev Posad: 2007. - 420 s.
- [2] Latinskij jazyk: učeb. posobie dlja vysšich duchovnyh učebnyh zavedenij / N. I. Kolotovkin. - M.: Greko-latinskij kabinet, 2002. - 400 s.
- [3] Ch. Du Cange *Glossarium mediae et infimae Latinitatis*. Niort, 1882-1887.
- [4] A. Sleumer Kirchenlateinisches Woerterbuch. Limburg a.d. Lahn: Steffen, 1926.
- [5] J. F. Niermayer. *Mediae Latinitatis Lexicon minus*. Leiden, 1976.
- [6] F. A. Heinichen. Lateinisch. Taschenwoerterbuch. Leipzig, 1980.
- [7] A. I. Solopov. Načala latinskoj stilistiki. - M.: Indrik, 2008. - 695 s.

- [8] Slovar' liturgičeskikh terminov. Latinsko-russkij, russko-latinskij, pol'sko-russkij / redakturna tekstov: o. Vadim Šajkevich, Pětr Sacharov. - Izd. II. - M.: Izdatel'stvo franciskancev, 1998. - 73 c.
- [9] I. N. Gromyko. Russko-latinskij slovar'. Minsk: Novoe znanie, 2000. - 464 s.
- [10] M. T. D'jačok. Russko-latinskij slovar'. Novosibirsk: 1997. - 154 s.
- [11] A. V. Podosinov, A. M. Belov. LINGUA LATINA. Russko-latinskij slovar'. - M.: Flinta: Nauka, 2002. - 376 s.
- [12] A. V. Podosinov, G. G. Kozlova, A. A. Gluchov LINGUA LATINA. Latinsko-russkij slovar'. - M.: Flinta: Nauka, 1998. - 376 s.
- [13] Ju. J. Maadla. O sovremennych popytkach "oživlenija" latyni kak jazyka meždunarodnogo obščenija // Interlinguistica Tartuensis. - 1984. - №3 - P.58-72. URL: <http://miresperanto.narod.ru/esperantologio/bmaadla.htm>.
- [14] Nemecko-russkij i russko-nemeckij slovar' christianskoj leksiki = Deutsch-Russisches und Russisch-Deutsches Woerterbuch der christlichen Lexik / avtor-sostavitel' V. A. Portjannikov; pod obšč. red. prot. Aleksandra (Mjakinina). Nižnij Novgorod: Izdatel'stvo bratstva sv. Aleksandra Nevskogo, 2001. - 152 s.

ALEXANDER SLEDNIKOV